Actum in castro Premisliensi Feria Quinta ante Festum Sanctorum Petri et Pauli Aplorum proxa Anno Domini Millmo Sexcmo quingmo Octauo

27/VII

Wyszotrawka Wyszoczanskie Quietatt.

Comparens pernlo coram officio et actis presentibus Castrensis Capitanei Premisliensis Generosus Joannes Wyszotrawka Sanus mente et corpore ex nobis a Terris Dictibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedens Presentibus Juris dicti Castrensis Capitanei Premisliensis quo ad actum presentem attinet secum successoribus ac bonis suis quibuscumque totaliter et plene incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac expressum recognouit. Quia ipse Generosum Petrum Wyszoczanski de scripto certo manuali de actu et data illius Lublini die Decima Octaua Maij Anno presenti cori scripto per eundem Generosum Wyszoczanski in sensu sui recognoscens super summam Centum Viginti Septem florenorum polonicorum et grossorum sex dato manu eiusdem Generosi Wyszoczanski subscripto actisque Judicij ordinarij Generalis Tribunalis Regni Lublinensis cum interpositione vadij Centum Viginti Septem florenorum polonicorum et grossorum sex polonicorum roboratum nec non in scriptione eadem scripti roboratoria Lublinensi summaque supra scripta Centum Viginti Septem florenorum et grossorum sex polonicorum quietati emittit liberumque et absolute perpetuo pronunciat scriptum prefatum manuale eiusque roboratioque cum omnibus eorum condonibus in toto cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ob prestitam summam prefatam realem sibi recognitam per solutionem perpetuum imponendo silentium.

Wyszoczanski eidem Debet

Comparens pernlo coram officio et actis presentibus Castrensis Capitanei Premisliensis Generosus Petrus Wyszoczanski Sanus mente et corpore ex nobis a Terris Districtibus Juribus